Universitätsbibliothek Paderborn

Nicolai Revsneri Leorini Silesii Etesiae, siue Apinae Therinae

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1419

XIII. D. Hermanno Adolpho Comiti à Noua Aquila.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12434

Visual Library

Mars ait: euge animi Princeps pleniſsime magni:
Sed mox venator, me duce, maior eris.
Me duce, cum regnis aliquando barbarus hoſtis
Incidet in caſſes, præda petita, tuos.

XII.

Ad D. Adamum à Dietrichſtein, Baronem Holeburgium & Fincceſtenium, Cæſ. Conſil. & Palat. Imp. Præfectum ſupremum.

Caſtor equis, Pollux canibus, ſed vterque ſagittis
Sectari docuit primus, ADAME, feras.
Poſt bos Hippolytus laqueis, & retibus vſus
Primus, quas nequijt viribus, arte domat:
Clauſit & inſidijs valles venator Orion
Enſifer: & Perſeus, qui Ioue natus erat.
Quod pulcrum magnis fuit his heroibus, adſit
Si modus, hîc quiſquam cur ſibi turpe putet?
Sit tamen iſta ducum potiùs, regumque voluptas:
Et ſibi quos jungunt hi propiore loco.
At mihi ſunt Muſæ dulces ante omnia: ſyluæ
Sunt alijs: ſua ſic quemque cupido trahit.

XIII.

D. Hermanno Adolpho Comiti à Noua Aquila.

Si quis habet, quod ADOLPHE cupit, fruiturq́;
Felix. plus felix, qui cupit ipſe nihil. (cupito: